

12
Ego Theodoricus de Lohingen, Archidiaconus tituli sancti Luberti in dekerchen. Notum facio vniuersis, quod Archidiaconatu meum predictum, ac omnem eiusdem Archidiaconatus Iurisdictionem, vna cum vniuersis suis iuribus, et pertinentijs, à Reuerendissimo, in Christo patre ac dño dño Joanne Archiepo Treueren, domino meo gratiosissimo, Ad cuius collationem, seu provisionem, ipse Archidiaconatus meus pertinet, pleno iure recipi, ac me recipisse recognosco per pñtes. Quodq; in eiusmodi mea promotione, iam dicto domino meo dño Archiepo Treuerensi infra scriptum, obedientie et fidelitatis, prout iuramentu. Cuius tenor, sequitur in hęc verba. Ego Theodoricus de Lohingen Archidiaconus tituli sancti Luberti in dekerchen, iuro, polliceor et promitto, quod ab hac hora in antea fidelis ero Reuerendissimo in Christo patri et dño, dñi Joanni Archiepo Treueren, eiusq; successoribus, et ecclesie Treueren, ipsorumq; personas, res, iura, statim, et honorem, presentes et futuras, fideliter promouebo, et pro posse defendam. Periculum sine dampno rerum seu personarum asportum non tractabo, nec tractari procurabo, vñ vel facto, nec tractantibus dabo consiliu, auxilium, vel fauorem. Quod si quempiam horum aliquid tractantem vel procurantem sensero, quatinus poterō, eis manifestabo. Consilia et secreta eorum, mihi credita, fideliter apud me retinebo, et ea nulli ad eorum damnum et prejudiciu, vñ conuulsiu, pandam. Archidiaconatu meum predictum, et ipsius iura, proventus et libertatis, manutenebo fideliter, et depredata ex me pro posse recuperare, nec de hys aliquid alienabo, vendam, impignorabo, in feudum vel Emphyteosiu contraham, sine prefati domini mei Archiepi Treueren, aut suorum successoru licentia et consensu, expresse. Clericum mihi subiectum in honoribus et iuribus suis debitis fideliter conseruabo, iuxta posse. Nec eos arctabo, aut arctari permittam, vñ id quod per ipsos erga suos Archidiaconos, predecessores meos, ab olim fieri est consuetu. Prefati dño meo Archiepo, eiusq; successoribus seruiam, et obediām in omnibus licitis et honestis. Contra premissa, aut aliquod eorum nō spectabo relaxationem, dispensationem, seu commutationem, à Sanctissimo d. nostro summo Pontifice, seu eius successoribus, quolibet conatib; eorum huius, seu alia qualib; persona, qualib; etiam prefuleat dignitate. Nec vtar impetratis, vel impetrandis etiam si motu proprio fuerint concessa. Sic me deus adiuuet, et hęc sancta dei Evangelia. In cuius rei testimoniu Ego Theodoricus de Lohingen supra dictus, has litteras sigilli mei appensione munij. Dat. decima octaua Iulij. Anno domini Millesimo, quingentesimo, trigesimo quarto.

1. Archidiaconus a. Rolling
Juramentum on: theodoric de Colingem
Archidiaconus tit: Sancti Lubentij in
Deikirchey : ~

1534

1539

Jacobus peregriner

18 f. 18